



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

339. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

338 R E G I N O N I S L I B . II .
nicare , nisi digna satisfactione pœnituerint.

De eadem re. *Ex Concilio Hiberitano.*

Concil. Eliberit. c. 75.
Burchard. lib. 2. c. 195.

C C C X X X V I I I . Si quis Episcopum, Presbyterum , aut Diaconum falsis criminibus appetierit , & probare non potuerit , nec infinem dandam ei communionem.

De eadem re. *Ex Concilio Hispanensi.*

Conc. Epaon. c. 15.
Burchard. lib. 16. c. 24.

C C C X X X I X . Si quis Clericus de falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censeatur.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

Concil. Carthag. 4. c. 55.
Addit. 1V.
c. 20.
Burchard. lib.
16. c. 33.

C C C X L . Episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem , non ad clerum.

De eadem re. *Ex Concilio Hiberitano.*

Concil. Eliberit. c. 74.
Burchard. lib.
16. c. 18.

C C C X L I . Falsus testis , prout crimen est , abstinebitur. Si tamen non fuerit mortis quod objecit , & probaverit quod diu tacuit, biennij tempore abstinebitur. Si autem non probaverit , in conventu Clericorum placuit per quinquennium abstineri.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

Conc. Agath. c. 37.
Haligar. lib. 4. c. 30.
Burchard. lib.
16. c. 17.

C C C X L I I . Falsos testes à communione ecclesiastica submovendos , nisi pœnitentia satisfactione crimina admissa diluerint.

Unde suprà.

Burchard. lib.
16. c. 16.

C C C X L I I I . Noverint falsi testes quod si falsum testimonium capitale crimen non es-